

AVE MARIA

CENSURA RR. P. M. Fr. AUGUSTINI SANCHEZ, IN SACRA THEOLOGIA Magistris, Regis Concionatoris, Supremi Fidei Senatūs Qualificatoris, Archiepiscopatus Tolatani Synodalis Examinatoris, & Conventus Matritensis Ministri Oratoris SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum.

SELECTUM hunc in sacras Tautologias literalium commentariorum librum RR. P. M. Fr. Emmanuelis de Villarreal, Benedictini, Theologiae Doctoris, sacrarum literarum Interpretis, atque eximiae Congregationis Vallis-Oletanae Concionatoris Generalis, &c. Authore dignum, intento plenum, materia novum, formā novissimum, quintum editione, primum dignitate, doctrina clarum, studiois gratum, omnibus utilissimum, dum censoria virga nobis commisit D. D. Nicolaus Alvarez de Peralta, Vicarius Matritensis, &c. Priorem nostram erga Authoris operam admirationem, plurimum auxit: plura quippe in Authore digna inenarrabili laude cogitabamus, dum prioribus eius operibus latrabatur animus nosse, quā in hoc sacrarum Tautologiarum quinto volumine potiori iure, & laudare, & mirari fas est. Et quidem nec aequis, ut par erat, laudibus adumbrari posse crediderim, quod cum novam in scribendo viam Author inierit sic feliciter, & sine offendiculo currat, & per tantum pelagus tam longum iter nec dum arripit, faulsteque profequatur arripit, sed iam ipse celeri perficere pollicetur, dum totum quantum in lucem edit; adeo ut per tam incultam, & nullius ante vestigio temeratum viam, parum sit Authoris ingenium deambulare, cum videamus, non sine stupore, feliciter currere, cursumque ceptum strenuē consummare.

Novam igitur aggressus est viam, in vijs, & novis itineribus dedit calamum, ut quae aspera, & impolita in sacris Tautologijs ab imperitis iudicabantur, latitantis sub literae cortice, & linguarum phrafi vulgari arcani penitus insciji, in vias planas reduceret, & ab incultis Scripturae sacrae nemoribus, dulcissima possent quique poma colligere. Mirandum igitur hoc, quia rarum, sed nihil magis fecundissimo Authoris ingenio congruum, & Scripturae sacrae cultoris proprium: non satis quippe est Scripturae sacrae cultori aliorum datis laboribus digne frui debet etiam quisque, quantum potest, ingenij, acuminisque ligone Scripturae sacrae humum excolere, atque sarrire, ait Damianus Opusc. 37. ubi Albericum, ad quem scribit, alliciens ad hunc laborem, sic alit fatur: Tu quoque ad sylvas mittendus est Scripturarum, ubi sic licet continuo labore defudans sylvescentia salus arbuta succidas, nodos, & dubietatis truncos evellas, ac novalia tibi, velut quibusdam propriae indaginis manibus excolas. Statim pergit, & à sylva metaphorā ad terrae culturam transit. Sic igitur humus caelestis eloquij propriae subtilitatis est sarririenda ligonibus, ut non ab alienis manibus alimenta praestolatus esurias, sed uberis proventus copiam proprio labore convectans, mox in spiritualium deliciarum affluentia delectabiliter vivas.

Magna igitur huius Scriptoris sacri excellentiae laudabiliter cupidus Author noster, propriae indaginis, & subtilis inquisitionis ingenium suum ligonem fecit, ut in sacrae paginae sylvis, nulli parcens labori, & continuo studio defudans, iucundissimum Paraditum operaretur, intelligentiae ramos extenderet, atque novos, & imperatos fructus enuclearet. Ad hoc etiam, ut verē sapiens, venatoris induit formam, sapienter querit, & infatigabiliter insectatur Scripturae arcanam, & haecenus ignotam intelligentiam, velut feram, in sylvis delitescentem; novit enim, quod Salomon de sapiente sic ait: Cor intelligens quæret scientiam. Vestigat canis venaticus summo studio feram, inter sylvas quarit, nulli labori parcat, huc illuc odoratur, quousque invenit: hunc sapientem imitari docet Cyrillus: Canes, ait, venaticos imitatur sapiens, huc illuc feram quærentes; ipse enim non intellectam rem, sapa, ac multum investigans, interrogansque tandem assequitur. Quare Prosper sic aiebat, eandem metaphoram digne probans. Si venandi est affectio, habes montes altissimos, cervos velociter Apostolorum, Prophetarumque dicta percurrentes.

Hos igitur, ut verē sapiens, imitari studens operis Author, eas Scripturae frases, & loquutiones (idiotimos plerique vocant, pleonasmus alij; ipse verō Tautologias, sive eandem sententiarum repetitiones iure denominat) quas in eiusdem sententiae geminatione, aut circulatione, mysterio vacuas, iudicare possent ignari, exponere statuit, & eorum distinctam, atque occultam sub velamine vocum intelligentiam, non minor conatu, ac studio, intentat eruere, ac veluti ex obsecratis, atque foveis elarebrare; ut ubi pri-

D. Petr. Damian.

Proverb. 15 v. 14.

D. Cyrill. Alex. lib. 1. in Ioann. c. 2.

D. Prosper.

primo oculorum iactu, cortice inspectu, & fructu vacua, & floribus aridam arborem augurantur, interpretatione apparent fecunda vites erumpentes in fructus; & veluti Aquila grandis magnatur alarum, suis ingeniosissimis expositionibus medullam cedri lepidē tollat, & enucleatione veritatis in vocibus consulto reclusa sensum legitimum, ne dum ignaris, sed & doctis etiam aperiat.

Novum igitur hoc aggressus est iter, scrutari nempe, & perferutari in literis sacris sigillatim dictiones omnes, syllabas, puncta, apices, verborum situm, positionem, coninnatitatem, ut nec iota unum scripturae, nec unus apex sine opimo fructu praeterat: Nam ut aiebat Doctorum Maximus: In libris sacris singuli sermones, syllaba, apices, & puncta, plena sunt sensibus. Immo, quae minima putantur in lege, sacramentis spiritualibus plena sunt. Nova dat, & dedit; sed vetera neque negligit, neque negligit. Opus vides veterum Authorum dictis imperferum, omnium antiquorum Sanctorum Patrum monumenta volvit, & tradit, & ut ita dicam, exenterat: sapientiam enim antiquorum exquiret sapiens. Vetera dat, sed nova facie, novo ordine, nova formā, & novum hoc aedificium, etiam ex non novis lapidibus extruit. In libris delineandis, in locis explicandis, in sensibus erucendis, & in ipsis etiam scriptioibus, quae capitibus, seu Didascalijs assignantur, nova methodo usus est: nova veteribus inserit, & vetera novis, ut ex hac insitione Paradisi huius cultor strenuus, suaves fructus in legentis utilitatem, & voluptatem mirē produceret.

Sed quis non miretur in tanta librorum multitudine, novos commentarios in lucem edere? Scimus scriptum: Plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia; quoniam illa non exhauritur, sed in dies magis, ac magis multiplicatur; non cum senescente mundo fenescit, sed potius efflorescit ætate, latiusque expandit ramos, atque radices. Scimus hoc, sed etiam scimus, & experientia ipsa docemur, lectores conquire pascim, ieiuna commentaria quotidie prælo committi, nihil novum offerri, sed quae alij tradidere, non sine fastidio, iterum sibi obtundi. Cum igitur notentur, qui nova non cudent, laudem non modicam promerentur, qui à communi quærimonia se subducit. Nec novitas, utilitati præiudicat, immo eam auget; operis venustatem, ac pulchritudinem non inficit, immo perficit; ardentius quippe, & avidius leget quisque studiosus, quod novitio ritu exhibetur, & quod novo splendore mentem exornat. Ecce si querendi studium dammandum foret, quomodo scientia multiplicari posset? Nam, ut aiebat Seneca: Nunquam invenitur si contenti fuerimus inventis: praeter ea, qui aliam sequitur, nihil invenit, immo nec quarit. Patet omnibus veritas, non dum est occupata, multum ex illa futuris relicta est. Reliquerunt nobis multa, qui praeverunt. Dives veritatis, & scientiae thesaurus est; inveniri potest, exhausti non potest, plures ad illam viam, Author novam illam invenit, non dammandam, sed laudandam plurimum censo, dummodo ad veritatem, quam quaerit, & amat, tutō ducat, ut tutissimē ducat.

Nec minorem, ut reor, conciliabit admirationem, si rerum omnium, quas sacrarum iste literarum cultor pertractat, varietas inspectetur, ubi instar cuiusdam sacrati Protei, plures inspicitur formas induere, & ut omnibus placeat, & ut rerum varietati iure respondeat. Ferunt, sive fabulantur, Proteum varias pro libito, & opportunitate formas, figuratque induisse, leonis, apis, serpentis, aliorumque; & quidem aliqui hoc acti magicae, in qua excellat, tribuere: Alij ferunt fuisse virum dicendi peritem qui facile posset sua eloquentiā in quovis animorum motus homines fletere: Alij prudentem virum huius fabulae involucro censent significatum, qui ut omnibus se accommodet, atque omnibus proficit, unumquemque lingua sua erudit alloquitur; & cuius in dicendo syrenica eloquentia, vi quasi magnetica trahit animos omnium, ut arripat eos in veri lumines holocaustum.

Fabulosam hanc, & si morali doctrina plenam transformationem, quam christianē, & sine dolo ad praxim reducat noster Interpres, variegata eruditio ipsius facile probat; & quidem verē caelestis Proteus, atque alienae salutis ardens amator, qui ut omnes lucretur, omnes induit formas, varios pro opportunitate colores induit, iam Sanctorum Patrum testimonijis eos alliciens, iam Philosophorum dictis, & Poetarum carminibus fastidiosos quorundam animos atrahens, & demulcens, ut omnibus omnia factus, omnium saluti consulat. Nec novum, ac peregrinum est, Proteum dici eruditum Interpretem, talis enim esse debet, qui alios erudit, ut in tra argumenti materiam, sive exigentiam personarum variē se verset, & in omnes quodanmodo se transformet. Talem igitur Doctorem Gentium Apostolum Paulum praedicabat Hieronymus: Mutabatur, inquit, Paulus vocem, & in distributionem similitudinem factus, sicutiam theatrum mundo,

D. Hieron. in c. 3. Ep. ad Ephes. Idem Hier. lib. 1. Com. in Matth.

Dan. 12. v. 4.

Senec. Ep. 63.

Apud Nat. Com. & alios Theolog.

D. Hier. in c. 4. Ep. ad Galat.

mundo, & Angelis, & hominibus, habitum in diversas figuras mutabat, & voces. Mutabat igitur voces, ut pravorum hominum mores mutaret in probos. Habitum spiritalis histerio mutabat, in omnes se vertebat figuras, & in sacra Templi, ut ita dicam, scena, varios indubat Gentilium, Iudaeorum, & aliorum colores, ut mundi huius praeferentem figuram dedicerent amare mortales.

Miram igitur, & fructuosam istam transformationem, eruditio Authoris assequitur, in qua illud praeter ceteris est mirandum, nempe, quam distente externam sapientiam, atque Ethnicorum eruditionem divinae scientiae ancillari, & ad eius non raro succum eruemam servire faciat; quamque scite, & accuratè ab omni eam fallitatis scoria mundare satagat, & ad plenam, perfectamque trahere puritatem, qualem exigit huius operis dignitas: *Debent enim, ut belle Richardus ait, seculares scientia studij spiritalibus deservire*: quod luculentius probat Sanctus Gregorius Naziaenus Cygneorum carminum libro ad Seleucum his aureis verbis: *Aquissimum est, ut sapientia spiritalis, qua celestis est, divinitusque nobis concessa, domina sit huius inferioris, terrenaque disciplina tanquam ancilla, qua vano quodam conatu nequaquam inflata esse debet, sed ad ministrandum convenienter, ac decore condita. Omnino enim terrena sapientia divinae serviat*. Miro modo id operatur nosse Interpres, profanorum omnium arescentem eruditionem, qua ni Divina ancilletur, arescit, & pallet, in servitum Divinae Sapientiae redigit. Non intumescat igitur profana eruditio in conspectu operum Authoris istius; factum suum, & iactantiam omnem deponat, noverit se ancillam, & Divinae Scientiae famulari debere.

Externa autem eruditione, sacra exornata vix enim dici potest quantum venustatis, & ornamenti haec disciplina belle condita Divinae Sapientiae afferat. Sponsae ornatum cum Regius Pfalter describeret, etiam fimbrias extollit: *In fimbriis aureis circumamicta varietatibus*. In fimbriis externam sapientiam, qua Dei Sponsa Ecclesia Sancta exornatur, intelligi, Clemens Alexandrinus docet. Domus igitur sapientiae est Scriptura sacra: Unde quod picturae, imagines, ac dealbationes in domibus, hoc in sacra Scriptura externa eruditio praestitit illam autem exornant, atque venustant externae scientiae: nuda sapientia, & veritas sine ipsis horrefecerat, aptis ornamentis vidua. Observa etiam, Arcam Testamenti extrinsecus auro exornatam fuisse, quo significatur, ait Richardus, Divinae Sapientiae arcam, externae eruditionis auro, saltem extrinsecus, & ornari, & perfici posse: *Si quis autem, inquit, satagat se in hoc opus attingere, & arcam suam ambiat auro superducere, nihil obest ab exterioribus scientijs, ac secularibus disciplinis scientia aurum mutare, dummodo sciat ipsum ab omni fallitatis, vel vanitatis scoria mundare, & ad plenam, perfectamque puritatem, & qualem huius operis dignitas exigit medullitus excoquere*. Ornat ergo externa doctrina, etiam si profana, & sacrae Sapientiae vultum venustiore reddat, ex quo plerumque ex profanis ad sacra, iuste, & utiliter traducuntur, ut inter eorum variegatam eruditionem adflet velut Regina Divina Scientia in vestitu deaurato circumdata varietate.

Mitto plurima, quae in eiusmodi rei evidentiam adduci possent, quaeque in laudem Authoris exigebat aureum hoc opus: Sed laudent eum, quae possunt opera eius. Ego quippe unum tantum ausus sum addere, ut rigidi censoris munus adimpleam, nempe, omnia, quae in hoc opere continentur orthodoxae fidei, & pravis moribus, nedum esse apprime consentanea; sed sacrarum literarum studiosis adeo proficua, ut maximam Reipublicae christiane utilitati iniuriam inferret, qui communem lucem eis abnegare praesumeret. Sic sentio. Salvo, &c. In hoc SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Matritensi Conventu, die 7. mensis Octobris, anno 1719.

M. Fr. Augustinus Sanchez.

FACULTAS ORDINARIJ.

Visa superiori Approbatione, facultatem concedimus RR. P. M. Fr. Emmanueli de Villarrol Benedictino Laurenfanensi, &c. ut tomum quintum *In Sacras Tautologias in lucem edere* queat. Matrici die 9. Octobris, ann. 1719.

L. D. Nicolaus Alvarez de Peralta.

CEN.

CENSURA RR. P. M. Fr. CAROLI DE LA CALLEJA S. Theologiae Doctoris, Ordinis Canonorum Praemonstratensium Diffinitoris ac Concionatoris Generalis, &c.

Apertius hercle, quam Augusto suo Casiodorus, inclamare possum Regio Castellae Senatu: *Tu solus, mi Auguste, quando imperas, premia tribuis*. Imperat enim mihi, ut erga quintum volumen Tautologiarum RR. P. M. Fr. Emmanuelis de Villarrol Benedictini, satis superque noti, Censorium munus exerceam; atque, ut iusionem eiusmodi opere compleam, *Peregrinum hocce Opus*, cum attentius perlustrarim; nec leviusculum offendi nævum, quo sacra Catholicae Fidei, bonifive moribus, regisque adverteretur iuribus; quinimo scientiarum omnium invenisse fodinam, arcemque Musarum perlustrasse mihi videor, quod, Nasonis, Virgilij, omniumque Poetarum latices spatiose gurgite confluent, ubi Pythagora, Socras, Catonis, Demosthenis, Tullijque fluentia decurrunt. *Nescit inde aliquid nasci mediocre*. Magna semper expectantur, magno ex capite; non tamen semper eventus respondent expectatis; verum in Auctore nostro magnis semper maiora spectantur oculis. Quatuor ediderat hucusque magna volumina, quibus rimavit profundissima Scripturae sacrae arcana, ita abstrusa, ita omnibus invis, & inaccessa, ut nemini quidem, nec in mentem veniret *Tautologia*: doctissimus porro Magister acumen mylterij latitantis quaerens, intellectum simulat, ut thesauros, ubi non apparent, inveniens omnibus profert, improbo labore, indefesso studio in locis glabris floralia, in abditis viridarium, in sterilibus rosetum cum invenit, omnibus mirifice pandit. His in Tautologijs *ne rase nec lilia desunt*: quicquid enim calcet Interpretis nostri pes, rosa fit; quicquid oculus lustrat, mirifice amenat, praesertim in Didascalij, quas pulcherrimum reticulum florum quisque existimat. Aptè Tautologias Sacras in malis punicis depinxit, in quibus nil extra praeter corticem; intus vero iucundissimos acinos invenies. Corticem ergo nosse Auctor frangit, acinosque delectabiles in Didascalij affatim porrigit. *Emissiones proinde illius paradysus malorum punitorum, tum pomorum fructibus*. Doctor, dulcis, aiebat Casiodor. *parata copia Sermonum ad quamcumque partem converterit ingenium*: Quoniam ut alter Moyses oleum de petra producit, laticesque vena divite de silicibus elicit. In litera lapidibus omnes hucusque impingebant Inrepretes; nosse verò recens nulli semitam uspiam tritam aperuit, nobis prava in directam, asperaque convertens in vias planas. *Omnigena vir eloquentia & diversam ab antiquis ingressus viam, novum dicendi genus assumpsit. In verbis enim novus, in sententijs creber, in translationibus audax, in inventione acutus, in elocutione varius, ut in ipsis operibus licet deprehendere*. Opera eius effugiasse videtur Volaterranus, quibus quilibet addere nefas. Digna cedro, dignaque luce existimo. Ita sentio in hoc D. loachimi Praemonstratens. Matritensi cenobio die 28. Septembris ann. 1719.

M. Fr. Carolus de la Calleja

FACULTAS REGIÆ CASTELLÆ SENATUS.

Approbatione superiore visa, Regius Castellae Senatus permisit P. M. Fr. Emmanueli de Villarrol Benedictino, &c. tomum quintum *In Sacras Tautologias* typis committere, ut latius patet ex authographo Privilegio expedito die 5. Octobris ann. 1719.

Per D. Franciscum de Castellon, Secretarium.

MEN-

Casiod. in Var. c. 23.

Isai. 28.

Casiod. l. 3.

Casiod. l. 1. Div. Lect. c. 21.

Volaterran. l. 13. Comm. Urb. ban.

Fol. 7. lin. 24. obsterationem, leg. *obsterationem*. f. 11. l. 55. Prasis, leg. *Pbrasis*. f. 46. col. 1. l. 26. detractu, leg. *detracto*. f. 47. col. 1. l. 22. ex adverbos, leg. *ex adverbis*. f. 68. l. 39. dicipere, leg. *decipere*. ibid. l. 49. ibijicitur, leg. *obijicitur*. f. 70. l. 5. virtute, leg. *virtute*. f. 88. col. 1. l. 54. y, leg. *o*. f. 164. l. 22. iuravit, leg. *iurabit*. f. 165. l. 3. non, leg. *no*. f. 170. l. 54. mihi, leg. *mi*. f. 183. col. 1. l. 5. fueret, leg. *rueret*. f. 186. col. 2. l. 48. admittit, leg. *admittit*. f. 199. col. 2. l. 5. dicit, leg. *didicit*. f. 231. col. 2. l. 24. prelivabimus, leg. *prelivabimus*. f. 235. col. 2. l. 7. circunderetur, leg. *circumideretur*. f. 238. col. 1. l. 35. singularis, leg. *singularis*. f. 239. col. 1. l. 6. vis, leg. *vix*. ibid. l. 3. pervenire, leg. *prevenire*. ibid. col. 2. l. 26. imperitus, leg. *impertitus*. f. 242. col. 2. l. 2. alternati, leg. *alternanti*. f. 246. col. 2. l. 3. discipulus, leg. *discipulus*. f. 266. l. 2. Gaboon, leg. *Gabaon*. f. 327. l. ult. semitar, leg. *seminat*. f. 329. col. 1. l. 55. Di. leg. *Del*. f. 346. col. 1. l. 25. tetrice, leg. *tetrice*. f. 369. col. 2. l. 57. in, leg. *ita*. f. 373. col. 1. l. 52. crissinum, leg. *crastinum*. ib. col. 2. l. 4. distulim, leg. *distulit*. f. 403. col. 1. l. 38. retullit, leg. *retulit*. f. 415. col. 1. l. 1. tium, leg. *nitentium*. f. 434. col. 2. l. 57. foli, leg. *fol*. f. 456. l. 57. iuber, leg. *iuber*. f. 460. l. 1. coinquinatum, leg. *incoinquinatum*. f. 472. col. 1. l. 52. consuetudi egredine, leg. *consuetudine egredi*. f. 478. col. 1. l. 20. peace, leg. *peace*. f. 495. col. 1. l. 6. claret, leg. *clare*. f. 507. l. 4. ubi sapientia, leg. *ibi sapientia*. f. 508. l. 19. sub, leg. *sum*. f. 514. l. 19. alios, leg. *alios*. f. 524. l. 48. falsissimum, leg. *falsissimum*. f. 526. l. 6. seis, leg. *scit*. f. 548. col. 1. l. 36. tabula, leg. *tabulas*. f. 568. col. 2. l. 52. reliquisset, leg. *reliquisset*. f. 583. l. 50. Dividi, leg. *Davidi*. f. 698. col. 1. l. 27. inviscere, leg. *inviscere*. f. 704. col. 2. l. 1. pollicetur, leg. *pollicetur*.

Hoc opus dempris his mendis originali responderet: Matriri die 21. Iunij Anno 1735.

Lic. D. Emmanuel Garcia
& Aleffon.

SUMA DE LA TASSA.

TAdaron los Señores del Consejo à seis maravedis cada pliego de los de este Libro, como consta de la certificatione de Don Miguel Fernandez Munilla, Escribano de Camara del Rey nuestro señor. En Madrid à 26. de Junio de 1735.

APPARATUS TAUTOLOGIARUM
TOMI QUINTI.

TAUTOLOGIA PRIMA.

Ruth. 1. v. 1. In diebus unius Iudicis, quando Iudices praeerant.
A diebus Iudicum, qui indicaverunt Israël. 4. Reg. 23. 22.
Ad iudices nostros, qui indicaverunt. Baruch. 1. 2.
Iudices, ut indicent. 1. Esdr. 7. 25.
Salvatores, qui salvarent. 2. Esdr. 9. 27.
Potens poteris. 1. Reg. 26. 25-1. Mach. 5. 40.
Rex regnans. 3. Reg. 4. 1. Prov. 8. 15.
Regnabis, etisque Rex. 3. Reg. 11. 37. Jerem. 23. 5.
Regnum Regis. 1. Esdr. 7. 1. 21. 8. 1.

TAUTOLOGIA II.

Ruth. 1. v. 12. Revertimini filia mi, & abite. Ne averferis mihi, ut relinquam te, & abeam. ib. v. 16.
Vade & revertere. 2. Reg. 3. 16.
Abite & recedite. 1. Reg. 15. 6.
Abijt, & recessit. 2. Reg. 3. 24-3. Reg. 10. 13. Cant. 2. 11. Jerem. 5. 23.
Recedit & non permanet. 2. Ioann. 9.
Ut qui discessisset ab eis, & non isset cum eis. Act. 15. 38.
Abijt per altam viam, & non est reversus per iter quo venerat. 3. Reg. 30. 10.
Abibunt & recedent. Jerem. 37. 8.
In via, quâ veniebas. Act. 9. 17.
In via, per quam ambulo. Genes. 28. 20. Eccl. 10. 3. Baruch. 4. 2.
Cum pergerent in itinere. 2. Reg. 13. 30.
In itinere & non in via. Psalm. 106. 40.
Euntes ibant. Psalm. 125. 6. Ezech. 1. 17.
Non revertentur, cum incederet: sed unumquodque ante faciem suam grandibat. v. 9. & 12. cap. 10. 11.

TAUTOLOGIA III.

1. Reg. 1. v. 1. Fuit vir unus.
Una est columba mea, perfecta mea, una est matris sua. Cant. 6. 8.
Osculetur me osculo oris sui. Cant. 1. 1. Iob. 31. 27.
Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Cant. 4. 7.
Ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Iacob. 1. 4.
Ut impleamini in omnem plenitudinem. Ephes. 3. 19.
Primogenita ante omnem creaturam. Eccli. 24. 5.
Creator omnium, & qui creavit me. v. 12.
Ab initio & ante saecula. v. 14.

In initio viarum suarum, antequam quiesquam faceret à principio. Prov. 8. 22.
Egressus eius ab initio, à diebus aeternitatis. Mich. 5. 2.

TAUTOLOGIA IV.

1. Reg. 1. v. 23. Lactavit silium suum, donec amoveret eum à lacte.
Lactatus uberibus. Iob. 3. 12.
Alacrior à lacte. Isai. 28. 9.
Ego commodavi eum omnibus diebus, quibus fuerit commodatus. 1. Reg. 1. 28.
Manens tibi manebat. Act. 5. 4.

TAUTOLOGIA V.

1. Reg. 2. v. 18. Ministrabat ante faciem Domini.
Fecerunt malum in conspectu Domini. 2. Paralip. 29. 6. Daniel. 13. 23.
Maliam coram te feci. Psalm. 50. 6.
Ante faciem Dei caeli. 2. Esdr. 1. 4.
Ante faciem subsequenti. Thren. 1. 6.
Averterunt facies suas, & praevarunt dorsum. 2. Paralip. 29. 6.
Verterunt ad me tergum & non faciem. Jerem. 2. 27-18. 17. 32-33.
Retorsium & non in ante. Jerem. 7. 24.

TAUTOLOGIA VI.

1. Reg. 4. v. 30. Loquens locutus sum. Idem. 24. Reg. 7. 7.
Semel loquitur Deus, & secundò idipsum non repetit. Iob. 33. 14.
Iuravit Dominus David veritatem, & non frustrabitur eum. Psalm. 131. 11.
Dic verbo. Matth. 8. 8.
Quod scripsi, scripsi. Ioann. 19. 22.
Loquare, ne taceas. Act. 18. 9. Isai. 58. 1.
Ezech. 24. 27.
Dixit dicens. Luc. 14. 3.
Nuntiatum est David à dicentibus. 2. Reg. 11. 10.
Nuntiatum est Iob à narrantibus. c. 3. 23.
Pactum quod pepigit, & testificatiōis, quibus contestatus. 4. Reg. 17. 15.
Contestans contestatus sum. Jerem. 11. 7.
Testis fidelis non mentitur. Prov. 14. 5.
Fallax non amat veritatem. ib. 26. 28.
A mendace, quid verum? Eccli. 34. 4.
Mendacium operatus est stylus mendax. Ierem. 8. 8.
Quasi arcum mendacij, & non veritatis. Jerem. 9. 3. Ephes. 4. 25. Iacob. 3. 14-1. Ioann. 1. 6.
Veritatem dico, non mentior. Rom. 9. 14.
1. Tim. 2. 7-1. Ioann. 2. 4. 21. 27.

Apparatus Tautologiarum.

Confessus est, & non negavit. Ioann. 1. 20.
Deuotione deuocimus. Act. 23. 14.

TAUTOLOGIA VII.

Reg. 3. v. 18. Indicaui Samuel uniuersos ser-
mones & non abscondit. Idem. 3. Reg. 10.
3. 2. Paralip. 9. 2.
Manifesto vobis veritatem, & non abscon-
didi. Tob. 12. 11.
Celavi a me, & non indicaui mihi. 4. Reg.
4. 27.

Omne verbum indicaui vobis, nec celabo vos
quicquam. Ierem. 42. 4.

Omnia, que in domo mea sunt, viderunt: non
fuit res quam non ostenderim eis. 4. Reg.
4. 20. Itai. 39. 4.

Ostendit futura & abscondita, antequam
evenirent. Eccli. 48. 28.

Ventura in diebus novissimis. Genes. 49. 1.

Que ventura sunt in futurum. Itai. 41. 23.

TAUTOLOGIA VIII.

Reg. 25. v. 25. Stultus est, & stultitia est
cum eo.

Popule stulte & insipiens. Deuter. 32. 6.

Simal insipiens & stultus. Psalm. 48. 11.

Fatum & insensatum. Eccli. 25. 4.

Stultus fatua loquetur. Itai. 32. 6.

Nescierunt, neque intellexerant: in tenebris
ambulavit. 81. 5.

Ipsi nihil horum intellexerunt, & erat ver-
bum istud absconditum ab eis: & non in-
telligebant que dicebantur. Luc. 18. 4.

TAUTOLOGIA IX.

Reg. 28. v. 1. Sciens nunc scito.

Scientes sciitis. Ierem. 42. 19. 22.
Scientia anime. Prov. 19. 2.

Scientiam veram. Sapient. 7. 17.

Sapientiam sapientiam, & prudentiam pru-
dentium. 1. Cor. 1. 19.

Dat sapientiam sapientibus. Daniel. 2. 21.

Insulsum, quod non est sale conditum. Iob.
6. 6.

Nec sale salita. Ezech. 16. 4.
Sale salietur. Marc. 9. 48.

TAUTOLOGIA X.

Reg. 8. v. 22. Non est Deus extra te, in omni-
bus que audiuimus auribus nostris.

Auditu auris. 2. Reg. 22. 45. Iob. 42. 5.
Psalm. 17. 45. Itai. 11. 3.

Auris audiens. Iob. 29. 11. Psalm. 91. 12.

Prov. 20. 12. Itai. 6. 10. 30. 21. Ezech. 3.
10. 40. 4. Matth. 13. 15. Act. 28. 27.

Aures audiendi. Matth. 11. 15. 13. 9. 43.
Marc. 9. 23. Apocal. 2. 7. 3. 6.

Audiens audiuit. Ierem. 31. 18. Marc. 4. 2.
Audite audientes. Itai. 6. 9. 55. 2.

TAUTOLOGIA XI.

Reg. 23. v. 4. Lux aurora, oriente Sole;
Luce splendida fulgebis. Tob. 13. 13.

Lux splendens. Prov. 4. 18.

Splendor eius ut lux erit. Habac. 3. 4.
Accenderunt lucernas, & lucebant. 1. Ma-
chab. 4. 50.

Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit,
non habens aliquam partem tenebrarum;
erit lucidum totum, & sicut lucerna sul-
goris illuminabit te. Luc. 11. 36.

Erant lux vera. Ioann. 1. 9.

PARATITLA TAUTOLOGIARUM TOMI QUINTI

TAUTOLOGIA PRIMA.

In diebus unius Iudicis, quando Iudices præerant. Fol. 1.

AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

In diebus unius Iudicis, quando Iudices præ-
erant. Nullo modo, dum Præfides iudicabant,
ut fieret in iudicio iudicium rectum, sine ul-
lo præiudicio causarum: equidem cum iudex
iudicet legem tenore, Præfides dignitatis lege,
haud debet Præfides iudicare imperio, sed præ-
esse in tribunali iudicio.

In diebus, quibus Iudices iudicabant, quando
præerant. Quorsum Iudicium iudicium, si si-
gnatur ministerium? Ut clareat iudicium vel
non iudicium: etenim nullum iudicium iu-
dicis munere, si iudicium sine lege.

In diebus, quibus Iudices iudicabant. Quan-
do iudices non iudicant? Quando iudicium
venerabile munus depravat cordis affectus.
Non iudicium, sed rationis, debet esse iudi-
cium: igitur si in iudicio iudicantium non
interuenit ratio; iudicium profectò iudicium
sine iudicio.

Iudices iudicabant. Ignorat amor iudicium,
sed cordis ingratitude exercet, quod nun-
quam discere voluit. Constat ex criminum
indulgentia, quanta ab amore concipiatur
ira: diciturque de iudice iudicium, iudicis
nota; ut Dei amore parentis reformidetur
clementia: igitur in desipientes grauius iu-
dicium formatur, dum non videtur efforma-
re iudicium.

TAUTOLOGIA SECUNDA.

Reuertimini filia mi & abite. Fol. 52.

AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

Reuertimini & abite. Potest esse reuersio
& non abitus? Potest. Reuersio dicitur, un-
de egressus inchoatur, connotata mansione;
exeuntibusque Monachis à claustro in secu-
lum, quod idem videtur, haud incongruè si-
gnatur ut quid distinctum; quia nonnulli in
claustrum ab egressu reuertuntur, & rever-
tentes non abeunt: etenim pessilenti sæculi
conuersatione, reuertuntur præsentia, verum
non mente.

Reuertimini & abite. Quorsum huiusmodi
voces, si reuerti non possunt, nisi abeunt?
Notantur insidie latitantes affectionum, in
occasione lubrica impellentium voluptatum.
Quos harum retrahit simulatus dolor, re-
ducit impetu furor: & quæ videntur eiusdem
significationis, sunt voces contrarietatis;
quoniam occasione præuia, qui visco affectio-
nis abeunt, ipsa fuga properantes, in fugita
reuertuntur.

Reuertimini & abite. Sape dum abit indi-
gnationis causa, non recedit iniuriæ illatæ
Tom. V.

Iudices præerant. Fol. 1.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. Nihil potest Princeps, si quid ultra
leges potest. Fol. 21.

DIDASC. 2. Nulla potestas in potestate Præfidi-
dum, sine culpa subditorum. Fol. 33.

DIDASC. 3. Iudicis prava iudicia à leso cordis
& phantasia. Fol. 40.

DIDASC. 4. Mala profectò casta, cum ab amicis
re irato datur sententia. Fol. 47.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. Nihil turpius seculari Monachis
tàm in claustro, quàm in sæculo. Fol. 71.

DIDASC. 2. Occasio in crimen fugienda; ne dæ-
cassione rursus redardecat culpa. Fol. 79.

DIDASC. 3. Amicitia reconciliata plerunque
ficta. Fol. 84.

Paratitla Didascaliarum.

memoria. In odij exilium officioso amore, animi reconciliantur averſi: at cum ex amicitia ſpecie in ultionem fiat abuſus; cauſa datur remotio, verum non ira reſcuſus. Ubi magis cum amico ad ſpeciem coniungitur, abiens in iram revertitur: equidem ſub larva reconciliatæ amicitia, totum cordis ſtudium inhiat ultioni.

4. *Revertimini & abite*: Hoc eſt, unde abitis, nunquam revertamini; quod facit turpis affectio, & ambitioſi conditio. In fatigium honoris impete aſcendere fatagit: illum ambiens & ſequens avidè aſſequi cupit, à quo repulſus uſquequaque amandatur. Abit triftis & victus, ſed ad ambitum revertitur: igitur inſiſtit & inſiſter, in cacumen trudens iterum lapidem; quoſque veniat (quanvis laſus ex lapſu) ad dignitatis acumen.

TAUTOLOGIA TERTIA.

Fuit vir unus. Fol. 99.

AUCTORITATIS PERIPHRAſIS.

1. *Fuit vir unus*: Id eſt, ſingularis Chriſtus Dominus; quia Deus & homo unus eſt Chriſtus. Captivum erat genus humanum originali peccato, quoſque Deus fieret inter homines homo: diciturque qui unus, excellentia ſingularis; per libertatem hominibus conceſſam in ligno crucis: igitur ibi collocata noſtra gloria, ubi hominum ignominia.
2. *Fuit vir unus*: Id eſt, in cunctis ſuper cuncta ſingularis in demonſtrationibus amoris: ſiquidem ita homines diligit; pro quibus & vitam tradidit; ut ſlagrante cordis ſamma, procedat continuo de officiis dilectionis maioribus in maiora.
3. *Fuit vir unus*: Hoc humane conditionis in Chriſto celſitas, ac in Virgine matre extenta noſtra felicitas; igitur pro conferenda gloria, iam eſt *Unus*, & eſt *Una*: ita electa inter feminas excellens præ omnibus, ſingularis chariſmatibus; ut emineat amplius perfectionis excellentia, ex eo quod in perfectione perfectiore Virgo ſola.
4. *Fuit unus*, dicitur de Sponſo Virginum Chriſto, quia *Excellentis*. Una erit ergo Sponſa, ſi Sponſus unus per eordium nexus, exceſſu amoris, & ingenio charitatis, quo videtur unus & alter alter & unus. Unde ſi iam unum, & ille unus fide redamationis, & quia in ſtudio ſingularis fides; ius eſt, Sponſam celebrari ut unicam, propter amoris in Sponſum inſignioris excellentiam.
5. *Fuit unus* Sponſus virginum: una etiam Sponſa, ſed nequaquam nominatur *Unus* & *Una*. Si eſſet *Unus* & *Una*, nulla profecto ex amore vehementia. Unam pro exceſſu inter utriuſque amorem eſt neceſſarium; nihilque

DIDASC. 4. *Reipublica laes indignorum ingreſſus in dignitates.* Fol. 91.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Ubi ſervitutis hominis inſelicitas; inde pendit noſtra libertas.* Fol. 171.

DIDASC. 2. *Vehementia Chriſti amoris, ex viſa crucis tranſitus in crucem vitis.* Fol. 177.

DIDASC. 3. *Maria virgo ſingularis, & variis & miris modis.* Fol. 185.

DIDASC. 4. *Unde vita Thereſia mors viva.* Fol. 189.

DIDASC. 5. *Amor Gertrudis ingenioſus amor.* Fol. 196.

Paratitla Didascaliarum.

picitur de numero poſt nuptiarum contubernium; quia nec *Unus*, nec *Una*, qui iam per amorem *Unum*.

6. *Fuit vir unus, ſingularis & electus*. Quomodo electus, ſi unus? Neceſſaria libertas, ut conſtet electionis auctoritas: diciturque unus electio, ubi dotes ſine numero; ut clareat, quam ſpectabilis, ſine concurſu electionis: igitur nobilior libertas in electionem, modò dotes ſurripiant electuris libertatem.
- DIDASC. 6. *Electio optima ubi dotes prius ſuſfragantur, quam ſuffragia.* Fol. 202.

TAUTOLOGIA QUARTA.

Lactavit filium ſuum, donec amoveret eum à lacte. Fol. 209.

AUCTORITATIS PERIPHRAſIS.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

1. *Lactavit mater Samuelis filium ſuum, donec amoveret eum à lacte*. Maria Virgo filium ſuum lactavit, quin ab ubere amoveret: etenim cum Chriſto vulnera ſua viſiſſima lenocinia, quia amoris nota; quoſque tempus veniret paſſionis crucis, Virgo filium lactavit vulnerè Circumciſionis.
2. *Lactavit, donec amoveret eum à lacte*. Tunc mater dicavit ex corde Domino. Excellentior virtus elucet in Benedicito: igitur Deo devovetur, prius quam ſit, non à matre, ſed à ſe: & inſuper ut rutiler ſingulariter virtus, Dei eſt, antequam lactatus.
3. *Lactavit, donec amoveret eum à lacte*. Cælum homines quaſi ad ubera lactat; ſed ſuperiora demonſtrat, ad qua nemo ſcanderet, niſi cælum à lactatione repelleret: & quos ſpe felicitatis lactavit, perfectionibus ab uberibus removeret; ut deguſtaret dulcedinem, propter illud patientes perfectionem: equidem amplior in uſum dulcedo, ubi vehementior in laborem perfectio.
4. *Lactavit, donec, &c.* Secus in Monachis imperfectis; qui habitu cenſentur Monachi, eſt ab inſtituto perfectionis ſeparati, ſiquidem cum in virtutis habitu ſolum formentur virtute; Monachi erunt, quandiù fuerint Monachi.
- DIDASC. 1. *Amor Chriſti vicium tempus, à temere pore vitium.* Fol. 231.
- DIDASC. 2. *Æſtimabilior virtus ante tempus.* Fol. 236.
- DIDASC. 3. *Magni referre, ferre magna.* Fol. 242.
- DIDASC. 4. *Locus non ſanctificat hominem, ſed homo locum.* Fol. 248.

TAUTOLOGIA QUINTA.

Samuel miniſtrabat ante faciem Domini. Fol. 255.

AUCTORITATIS PERIPHRAſIS.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

1. *Samuel miniſtrabat*, quem Deus in Principem miſerat, dum rebellis Iſraël in legem protervè induruerat cor: ceditque, quum videtur Princeps, à Numine poſitus, è cælo miſſus; igitur obvia cordium expugnatione, maxime amore miniſtro.
2. *Miniſtrabat ante faciem Domini*. Quorsum quod Samuelis obſequia coram Domino facta, ſi ei cuncta nuda & aperta? Ut cognoscat Deo ſacratuſ virtutem operis, in virtutis opus: equidem ſine attentione, in virtutis opere eſt opus ſine virtute.
- DIDASC. 1. *Cum Chriſtus è cælo Spiritum Sanctum miſit, corda hominum ad ſe traxit.* Fol. 275.
- DIDASC. 2. *Materia virtutis virtus non eſt.* Fol. 281.

Paratitla Didascalium.

3. *Ante faciem Domini*, Deus propter crimina fugiebat homines, & ministrante Samuele, eius ostenditur facies. Ex Dei generosissima gratia, infantis in ministerio cognoscitur excellentia. Ante faciem ministrabat, quia Dominus post obsequium apparebat: igitur excellentia virtutis tantæ erat Dei acceptionis; ut idem videretur, Samuelem infantulum ministrare, ac Dominum apparere.
4. *Ante faciem Domini*, matre præ gaudio exultante. In Calvarij lamentabili articulo minime gaudium, sed afflictæ genitricis vehemens cordolium; quippe in gravissima pœna Virgo mater & ministra, crescente in summum dolorem, quia ministrabat coram Domini facie.

TAUTOLOGIA SEXTA.

Loquens locutus sum. Fol. 301.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Loquens locutus sum.* At quid hoc? Etsi omnes loquantur dum loquuntur; non tamen loquentes loquuntur ad omnes. Deus loquens auditur etiam ab illo, cum quo directè non loquitur: igitur cum vox vocem includat, & virtus à locuta voce prodeat; dum unus vocem audit in aure, vocis virtutem alius haurit in corde.
2. *Loquens locutus.* Quis non loquens locutione? Quicumque detrahit proximorum famam. Non loquens loquitur maledicus scorpis obrektor: equidem quândiu verba detractioe dicat, non loquitur, sed venenat.
3. *Loquens locutus*, dicit Dominus, quia verus. Non ex verbo, sed veritate constat vera locutio: quare detractor fugiens callide veras; loquens haud loquitur, quippe loquitur falsa.
4. *Loquens locutus.* In expressionem mentis insituta sunt verba, quorum instrumentum lingua. Erit loquacitas & non locutio, ubi usus linguae absque rationis proposito. Unde non est locutio loquentis ex negotio otiositatis; siquidem vel loquens minime loquitur, quia loquitur ut loquatur.
5. *Loquens locutus sum.* Etiam loquitur mundus: at Deus ut verus, mundus ut mendax & falsus: minimeque dicitur, vel loquente, quod loquatur, sed duntaxat de Deo loquente quod loquitur; igitur solum loquitur, cuius in promissis firmissima verba & gaudia: tacetque loquens cuius gaudia verba & verba.
6. *Loquens locutus sum.* Verbum Dei stabile verbum est: homo vox. In illo vita; in hoc vitalitatis umbra: negaturque homini loquenti loqui; quoniam præceps transit tantâ velocitate, ut in vita sit vox vitæ, vel vita, tantum in voce.

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

Indicavit ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo. Fol. 376.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Indicavit ei Samuel universos sermones, & non abscondit ab eo.* Cuncta indicavit, ex qui-

DIDASC. 3. *Nativitas Ioannis pignus natiuitatis Salvatoris.* Fol. 287.

DIDASC. 4. *Dolor Virginis ex cruce, crux ex dolore.* Fol. 292.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Virtus vocis Dei extenditur plusquam vox.* Fol. 329.

DIDASC. 2. *Lingua maledica venenata lingua.* Fol. 336.

DIDASC. 3. *Detractionis imagines sunt colores & colores.* Fol. 346.

DIDASC. 4. *Occupatio otiositatis micat nutrix detractionis.* Fol. 354.

DIDASC. 5. *Seculi gaudia, amaritudine plena.* Fol. 362.

DIDASC. 6. *Vita quam fallax.*

Paratitla Didascalium.

bus nihil abscondit. Quorsum hæcine? Ut confiter virtutum claritas, & claritatis summitas. Indicatur quam grata Deo erga inimicos dilectio; sed dilectionis huius absconditur magnitudo. Virtus est, amare; magnitudo, cognoscendo nescire: Christusque cum universam dilectionem indicaret, nihil in dictis abscondit, quippe non solum virtutem, sed virtutis indicavit perfectionem: equidem ita dilexit, ut neque iniurias, neque inimicos agnosceret.

2. *Indicavit, &c.* Si indicatum universum, nunquid aliquid absconditum? Utrique, in Christi passione. Hac mors mortua, sed vita absconditur in pœna: Christusque qui universa per passionem indicavit, gloriam occultam hominibus non abscondit; quippe quam illo surgente, homo qui consors vitæ, etiam fuit gloriæ.

3. *Indicavit, &c.* Non abscondit. Qui pœnitens crimina confitetur, abscondit quæque indicavit. Latet sanè, quod ostendit: igitur absconditur in animæ sanitate, quodcunque dicit per indicem.

4. *Indicavit & non abscondit.* Confessione vulnus animæ deletur, verum sine penitentia cicatrix quasi signum in compunctionem relinquitur: diciturque de Samuele universa indicasse, & nequicquam abscondisse; ut virtus insignis claresceret penitentia: quandoquidem ita per illam absconditur universum; ut peccati de quo dolor, nec cicatrix, nec vestigium.

Indicavit & non abscondit. Quomodo si dicere timuit, ex dictis modo nihil abscondit? Si ex veritate indignationis periculum; dicendum & non dicendum. Dicendum, quasi loquens universos sermones abscondat: tacendum, quasi nihil non ostendat: verum si ex occasione nullum periculum; quicquid latet in pectore pro veritate aperiendum.

6. *Universos sermones Samuel indicavit, & non abscondit.* Cogitavit Scholasticæ industria, quo modo aliquid absconderet postquam fratri Benedictio universos sermones indicasset: igitur exegit latenter à validiore miraculum, cum non inveniret vel in fratre ministerium.

TAUTOLOGIA OCTAVA.

Stultus est, & stultitia est cum eo. Fol. 440.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

1. *Stultus est, & stultitia est cum eo;* quia potest esse stultus sine stultitia. Peccator desipit, potestque sine stultitia desipere; modo commisso peccato non adhareat consuetudo. Est delinquens stultus, quippe desipit: verum non illum comitatur stultitia; dummodo desipientiæ affuerit respicientia.

DIDASC. 2. *Christi vitæ gloriosæ vivit homo mortuus: resurgit homo sepultus.* Fol. 405.

DIDASC. 3. *Vitia confiteri, sanitatis indicium est.* Fol. 410.

DIDASC. 4. *Mira & mirifica virtus Pœnitentia.* Fol. 417.

DIDASC. 5. *Veritas opportuna minus ingrata.* Fol. 423.

DIDASC. 6. *In cælo Benedictio Religiosis; Scholastica Luna plena luce & gratijs.* Fol. 430.

Paratitla Didascaliarum.

2. *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Pax signatur peccatoris, iacentis placide in acerbitate criminis, ex vanissima fiducia salvationis. Uti stultus habet ulcera lethalia: & cum illo est stultitia; quia sic credit obtinendam à se salutis felicitatem, ubi alij atque alij invenerunt perditionem.
3. *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Effet stultus, sed non habet stultitiam comitem, modò cognosceret fatuitatem: cuiusque dicitur infatuatio, & stultitia cum eo; quippe stulti desipientis ignorantia, stultissima stultitia.
4. *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Potest esse in stulto stultitia separatio, quin sit stultitia, quæ videtur, in eo qui stultus præsumitur: igitur magna in regimine prudenti ducuntur dexteritate, dissimulato proposito per speciem stultitia.
5. *Stultus est, & stultitia est cum eo.* Stultus sanè, qui iniustitiam facit; sed abest stultitia à stulto qui in errore pœnitudinem cognoscit: diciturque stultitia cum stulto insipientem; quoniam iniustitiam facit sub velamine iustitia.
6. *Stultus est, & stultitia est cum eo,* qui hæreticos laborat pestilenti morbo. Stulti hæretici duntaxat essent, si haberent tantum errorem: sed stultitia etiam inhaeret illis & cum infatione peccatoris, crepitantibus buccis; quippe erroris notissimam stultitiam, inlytam plaudunt pravitate sapientiam.

TAUTOLOGIA NONA:

Sciens scito. Fol. 504.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

1. *Sciens nunc scito.* Quorsum duplicata scientia? Est speculativa, & etiam practica. Constituitur David in Chiliarcum, inter eos qui vivebant more Gentilium: dicitque illi Princeps, quod cognoscens cognoscat, quale munus tunc in ordines suscipiat: speculativè facile, verum in usu difficile; igitur corde vario, indomabili genio, cognosceret practice quantum discrimen, pravos exleges velle reducere in ordinem.
2. *Sciens scito.* Scientia & scientia? Uti que. Quæ igitur scientia scientia? Cognitio scientiæ in perfectionem vitæ. Extra huiusmodi tractum, in scientia ignoratur, quod sciendum: additurque meditante scientia scientiæ rationis; ut studium sit virtutis: quandoquidem summa scientia sine virtutis forma, perfectissima ignorantia.
3. *Sciens scito.* Quo ergo intuitu scientiæ in scientia notio? Ut homini detur ex cognitione cognitio. Scit homo morituros homines, quippe mortales; seque non noscit uti ceteros homines: signaturque meditante scientiæ scientia; ut mortis propriæ exciteretur memoria; igitur fatuè sibi haud cogitatur

DIDASC. 2. *Mala ac tranquillâ conscientia nihil peius, nec infelicius.* Fol. 472.

DIDASC. 3. *Qui solidus, insulis dignitatis stultissimus.* Fol. 472.

DIDASC. 4. *Nihil amabilius, quam diligens stultitia.* Fol. 485.

DIDASC. 5. *Sub iustitia invidiâ palla à iudice pro pravo vulneratur iustitia.* Fol. 491.

DIDASC. 6. *Hæreticorum sapientia ventosissima stultitia.* Fol. 496.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS:

DIDASC. 1. *Qui non arridet malis, multatam publicis hostis.* Fol. 541.

DIDASC. 2. *Nulla virtus literarum sine virtute virtutum.* Fol. 547.

DIDASC. 3. *Sapientia est, consuetudo moriendi.* Fol. 553.

Paratitla Didascaliarum.

gitat futurum, quod in alijs atque alijs considerat ut præteritum.

4. *Sciens nunc scito.* Scientia & scientia & nunc? Iure, pro ignota à femina conditione. Scit, se revereram in pulverem, sed post mortem: ignorat esse nunc pulverem: & ut innotescat forma, nunc exponitur huiusmodi scientiæ scientia; quoniam conditio, in qua species, non mutatur, sed duntaxat, quæ venustas, ad cognitionem exponitur.
5. *Sciens nunc scito.* In demonstrationis obsequio, regeatur cognitionis cognitio; ut fidei amanti micaret studium, & etiam actionis præmium: at Benedicò, relicta sæculi pompâ, datur scientia, & ignorantia, ut emineant eius cordis obsequia propter obsequia: equidem ad præmium excessus amoris maior, ubi obsequium simul cognoscitur & nescitur.
6. *Sciens nunc scito.* Scientiæ datur scientia, & cognitionis cognitio, ut ex purificatione fulgeat Virginis perfectio; quæ se virginem cognovit, & in articulo quasi se nesciret: etenim quæ inter feminas fuit omnino singularis, apparuit lege tanquam una de cæteris.

DIDASC. 4. *Quæ maior in femina pulchritudo, pulchritudinis imago.* Fol. 559.

DIDASC. 5. *Mirabilis sibola, ubi ignorantia singularis sapientia.* Fol. 566.

DIDASC. 6. *In munere purificationis, singularia dona Virginis-matris.* Fol. 573.

TAUTOLOGIA DECIMA.

Audi vimus auribus nostris. Fol. 582.

AUCTORITATIS PERIPHRASIS.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS:

1. *Audi vimus auribus nostris.* Ex auditu aurium procedit rectum iudicium. Singulæ aures debentur partibus litigijs singulis: diciturque iurè à Principe, *Audire auribus*, ut constet audiendo auditus: equidem in causæ prudentem expeditionem non audit, sed obfuscat; qui aures, & non auribus audit.
2. *Audi vimus auribus nostris.* Audire & auribus, quorsum? Sunt aures cordis, & aures capitis. Aures capitis, in vocem auditam: aures cordis, in vocis obedientiam: & in audiendi ministerium & opus, additur auditui auditus; igitur in auditu perfectum non satis aures, nisi in vocis perfectione inclinentur aures cordis.
3. *Audi vimus auribus nostris.* Indicatur geminatione modus, quo doctrinam audienti proveniat fructus. Aures etiam habet cor: aureque David in auditam multiplicat; ut constet, an audiens audiat: etenim nihil auditur ab aures, si quod auditum non auditur à corde.
4. *Audi vimus auribus.* Auditusne vivacitas, vel designatur in geminatione surditas? Surditas planè, auribus tantum audire. Debent audiri Prædicatoris voces, ut in salutem tendant vulnera mentis: auditorque dicitur surdus, dum audit auribus; quippe voces non audiuntur, dum audiuntur, ut audiuntur.
5. *Non est Deus extra te, in omnibus quæ audi vimus auribus nostris.* Hæcine, antequam Unigenitum misisset in mundum. Quid si videret in Christo amoris excessum? Quid si ag-

DIDASC. 1. *Lethalis auditio aurium, sine ullâ visione vocum.* Fol. 611.

DIDASC. 2. *Non audit verè, qui vera non audit.* Fol. 620.

DIDASC. 3. *Non audit, qui tantum audit.* Fol. 628.

DIDASC. 4. *Vox prædicantis non auditur, nisi videatur.* Fol. 634.

DIDASC. 5. *Omnia vincit amor.* Fol. 643.

Et sic sic amantis canticum novum? Equidem haurientibus dulcedinem, proximiorumque habentibus aurem, nobis videtur, nil posse conferri consonantiae modulaminis, in omnibus quae audivimus auribus nostris.

6. *In omnibus quae audivimus auribus nostris.* Auris audita non impletur: excessuque amoris Salvatoris impletur auris, quippe nil ultra flagrante peccatoris flamma: additque singularem amor sine modo modum; ut cognoscamus charitatis excessum: cum nihil, plus in demonstrationem charitatis, in omnibus quae audivimus auribus nostris: equidem triumphus illi de cordibus plus gloriosus, quia amore vicit, ab amore victus.

TAUTOLOGIA UNDECIMA.

Lux Aurora, oriente Sole. Fol. 660.

AUCTORITATIS PERIPHRASES.

1. *Lux Aurora, oriente Sole.* Quorsum oriente Sole, si Aurora lux duntaxat a Solis luce? Ut Virginis-matris immaculata clareret conceptio, & unde in tenebris humanae conditionis prodiret illuminatio: igitur ex fulgore coarctato Solis orientis, innotescit splendor Virginis matris.

2. *Lux Aurora, oriente Sole.* Sed qua lege? Anrequam Sol oritur, Aurorae splendor videtur: diciturque *Oriente Sole*, Aurorae Virgine oriente; quippequam ex praesentia Aurorae matris, astruebatur in terris praesentia Solis.

3. *Lux Aurora, oriente Sole.* tanquam ab Aurora matre. Ita mater Solis Aurora cognoscitur: verum priusquam Sol oriatur? Uti que, pro insigni Virginis, in die operatae in templo praesentationis: igitur illius refulset Aurorae matris perfectio, priusquam Sol filius videretur in mundo.

4. *Lux Aurora, oriente Sole.* Perproprie quidem in Praecursoris iustificacione, Aurora Virgine matre, & Christo Sole iustitia; miraculorum copendio: meditanterque dicitur: *Oriente Sole*, & non orto; quia gratia facta praesentia Aurorae Mariae, antequam Sol videretur in orbe.

5. *Sicut lux Aurora, oriente Sole.* Ita in Virgine matre? Nequaquam. Non sicut: profecto lux Aurora, Sole oriente. Aurora non videtur, si Sol oritur: Virginisque matris lux non sicut lux Aurora, Sole oriente; quippe persiluit adhuc matris influxus, etiam dum nobis evanescit aspectus.

6. *Lux Aurora, oriente Sole;* ut innotescat excusio diabolici ingi. Est lux Aurorae, dum Sol oritur; & lux Aurorae, priusquam Sol oriatur. Lux Aurorae ante Solis ortum, erat duntaxat redemptionis signum; sed non redemptio, quae omnimodo pendeat a Solis ortu; diciturque, ut libertas luceat a servitute. *Lux Aurora, oriente Sole;* quippe redemptio, & redemptionis novitas, ex eo quod Sol ex Aurora nasceretur in terra, qui natus Sol, priusquam Sol nasceretur ex Aurora.

DIDASC. 6. *Triumphus Christi amantis, est triumphus amoris.* Fol. 649.

DIDASCALARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *In conceptione purissima, Virgo verissima Aurora.* Fol. 683.

DIDASC. 2. *Virgo mater mundo prodiens est Aurora singularis.* Fol. 689.

DIDASC. 3. *Radix etiam fulgens maternitatis, in praesentatione Virginis.* Fol. 694.

DIDASC. 4. *Mira sanctificatio Ioannis, praesentia Virginis.* Fol. 698.

DIDASC. 5. *Maria nomen, nomen vitae.* Fol. 701.

DIDASC. 6. *Libertas hu mani generis, dum filius Dei filius hominis.* Fol. 706.



TAUTOLOGIA PRIMA.

IN DIEBUS UNIUS IUDICIS QUANDO IUDICES praerant. Ruth. 1. v. 1.

EXPOSITIO LITERÆ.



Uthidis historia exponitur propter Davidis gloriam & excellentiam, quia Ruthis eius proavia. Sine pulviculo figmenti ex figulina formis nihil cerebro Rabbinorum placet: hinc nugipolyloquides, seu potius vel in vocibus alogi, commentu sunt, Orpham & Ruth fuisse sorores, filias Eglon, Regis Moab; quem interfecit Aod, Iudex Israel: *Iudic. 3.* Has duxerunt filij Elimelech & Noemi, Mahalon & Chelion; quoniam pater inter alienigenas usus prospera fortuna, ut ait Ioseph 5. *Antiq. cap. 11.* Verum Rabbinii

mendacio frontem non habent; cum adminis 230. anni (ut optime computant Abulenf. Lyran. Torniel. Genebrard. & Brietius) inter Aod & Booz intercesserint, quin illis faveat addere figmenta figmentis, uti excogitavit Rabbi Abraham, asserens Ruthidem adhuc vixisse sub Salomone, qui illi dicavit thronum, de quo 3. Reg. 2. 19. ita invenies in Talmudico *Baba Batbra*, cap. 5. Alij, sed ex illis, ne comprehendantur in superbia sua, fingunt alium Eglon, regem Moab, cuius filia & Orpha & Ruth. Hæc sequens Noemi socrum progenitrix facta Davidis, illa mater Goliath, de cuius monstruoso conceptu loquemur, *Tautolog. seq. num. 5.* ita Rab. Iosef, alijque plures in Talmud, tract. *Sotâ*, cap. 8. quorum delirium sequitur Philo Biblicus, fingens hæc in conflictus dicta giganti a Davide: *Nonne sorores erant dua mulieres, unde natus es tu & ego? Erat mater tua Orpha, & mater mea Ruth: elegit sibi Orpha Deos Allophillorum & abijt post eos, Ruth autem elegit sibi vias fortissimi, & ambulavit in eis: & nunc nati sunt de Orpha tu & fratres tui: & quia exurgens bodie venisti devastare Israel, natus de cognatione tua ecce veni & ego vindicare populum meum. Nam & tres fratres tui post mortem tuam incident in manus meas: & tunc dicetis matri vestra, Non peperit nobis, qui natus est de sorore tua. Plaudite cerebrum.* Ex Orpha descendisse Goliath sententia fuit Prudentij in *Harmartigen. v. 848.*

Sed pristinus Orpha Fanorum ritus præputia barbara suavit Malle, & semiferi stirpem nutrire Goliæ. Ruth dum per stipulas agresti amburitur aflu, Fulera Booz meruit castoque adscita cubili, Obvigenam secunda domum, & Davidica regna Edidit, atque Deo mortales miscuit ortus.